

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio ag  
cum uariis

Quomodo, hoc est quam mente et quam temperate. Quidam enim bibentes digitos mediotenus poculis immergunt. Alii unctas manus ad uestimenta suadent rursus ad cibaria tractanda redeunt. Aliis nudis articulis uice coclearis olera sua piscantur, ita ut in eodem iure manus ablucionem et uenter refectionem querere uideatur. Alii reliquias dencium suorum offas facturi in poculis demergunt.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

immergunt] immergit P V<sup>1</sup>; unctas] unitas C; suadent] sua dant V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; aliis] alii P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uice] uite M; uideatur] et add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; alii] aliis (*cor. sub lin.*) C; Hugo *om.* L<sup>2</sup>